An. et vol. XXXXIII 21 Aprilis 1951 (Ser. II, v. XVIII) - N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Conto corrente con la Posta

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Constitutiones Apostolicae, p. 193 - Litterae Apostolicae, p. 201 - Allocutiones, p. 207 - Nuntius radiophonicus, p. 213.

Acta SS. Congregationum: *S. S. C. S. Officii*: I. II. Decreta, p. 217 - *S. C. de Propaganda Fide*: Decretum, p. 218 - *S. C. Rituum*: Decreta in causis beatificationis et canonizationis Servorum Dei, p. 219.

Diarium Romanae Curiae: Segreteria di Stato: Nomine e Onorificenze, pp. 231-240.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M·DCCCC·LI

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano

Administratio:
Libreria Editrice Vaticana

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 800 — extra Italiam, Lib. 2000 vel $ 4

Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 75 — extra Italiam, Lib. 180 vel $ 0.25

Libraria Vaticana subnotatoribus fasciculos Commentarii mittere potest etiam via aërea, charta indica impressos.

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXXIII, n. 5 – 21 Aprilis 1951)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

PAG.

I. TEFENSIS. *Quum, Deo adiuvante.* – Praefectura Apostolica Tefensis in Praelaturam « nullius » erigitur, eodem servato nomine. – 11 Augusti 1950 193

II. SOLIMÕES SUPERIORIS. *Laeto accepimus.* – Praefectura Apostolica Solimões Superioris in Praelaturam « nullius » evehitur et constituitur. – 11 Augusti 1950 196

III. TUGUEGARAOANAE (Batanensis et Babuyanensis). *Ad faciliorem.* – A dioecesis Tuguegaraoanae territorio pars seiungitur, quae in novam erigitur Praelaturam « nullius », Batanensem et Babuyanensem nomine. – 30 Novembris 1950 198

LITTERAE APOSTOLICAE

I. *Conspicua Templa Dei.* – Templum in honorem B. Mariae V. et S. Martini, Ep., in pago « Taal » intra fines Lipensis dioecesis Deo dicatum, titulo Basilicae Minoris condecoratur. – 22 Octobris 1948 201

II. *Pergratum Nobis.* – Sanctus Gabriel Archangelus caelestis apud Deum Patronus omnium Hispaniae Legatorum constituitur. – 5 Iunii 1949 . . 202

III. *Quidquid.* – Beatissima Virgo Maria, cui titulus « Auxilium Christianorum », totius S. Vincentii dioecesis praecipua Patrona caelestis constituitur. – 28 Octobris 1949 204

IV. *Sacras inter aedes.* – Ecclesia in honorem Sancti Venantii M. Deo dicata, in civitate Camerinensi exstans, ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur. – 28 Novembris 1950 205

ALLOCUTIONES

I. Ad christifideles, die Paschatis Resurrectionis D. N. Iesu Christi, devota omina Summo Pontifici ac Veneratissimo Patri in foro Sancti Petri proclamantes. – 25 Martii 1951 . . 207

II. Ad Delegatos Gallicae Sodalitatis, « Union des Catholiques de l'Enseignement Public » appellatae. – 26 Martii 1951 209

NUNTIUS RADIOPHONICUS

Christifidelibus Operariis Hispaniae. – 11 Martii 1951 213

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

PAG.

I. Decretum. De « gonyklisia » in Missa Ritus Byzantini. – 12 Februarii 1951 217

II. Decretum. De consecratione Episcopi sine canonica provisione. – 9 Aprilis 1951 217

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

Nili Aequatorialis (Guluensis). – Decretum. Vicariatus Apostolicus Nili Aequatorialis, deinceps « Guluensis » appellabitur. – 1 Decembris 1950 . . 218

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. *Andegaven.* – Decretum reassumptionis causae pro canonizatione B. Ioannae Delanoue, Congregationis S. Annae a Providentia fundatricis. – 7 Ianuarii 1951 219

II. *Brixien.* – Decretum reassumptionis causae pro canonizatione B. Mariae Crucifixae Di Rosa, Virginis, Fundatricis Instituti Ancillarum a Caritate. – 7 Ianuarii 1951 220

III. *Mediolanen.* – Decretum introductionis causae pro beatificatione S. D. Ludovici Necchi Villa, viri laici e Tertio Ordine S. Francisci. – 7 Ianuarii 1951 221

IV. *Romana.* – Decretum de *Tuto* pro beatificatione Ven. S. D. Pii Pp. X. – 4 Martii 1951 223

V. *Corisopiten.* – Decretum de *Tuto* pro beatificatione Ven. S. D. Iuliani Maunoir, Sacerdotis professi Societatis Iesu. – 4 Martii 1951 225

VI. *Lucerin.* – Decretum de miraculis pro beatificatione Ven. S. D. Francisci Antonii Fasani, Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum Conventualium. – 4 Martii 1951 226

VII. *Tunquinen.* – Decretum de *Tuto* pro beatificatione Ven. Servorum Dei Iosephi Mariae Diaz Sanjurjo O. P., Episcopi Plataearum et Vicarii Ap. Tunquini Centr., Melchioris Garcia Sampedro O. P., Ep. Tricomien., eiusdem in Vicariatu Successoris et Sociorum in odium fidei interemptorum. – 4 Martii 1951 229

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Segreteria di Stato: *Nomine e Onorificenze* 231

An. et vol. XXXXIII 21 Aprilis 1951 (Ser. II, v. XVIII) – N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

TEFENSIS

PRAEFECTURA APOSTOLICA TEFENSIS IN PRAELATURAM « NULLIUS » ERIGITUR, EODEM SERVATO NOMINE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quum, Deo adiuvante, res catholica in Praefectura Apostolica Tefensi in Brasilia, postremis potissimum hisce annis, non mediocre susceperit incrementum, ita ut iam non missionalium cura regenda sit sed in dioecesim potius evehenda, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Consistorialibus Negotiis praepositorum consilio, data antea venerabilis Fratris Caroli Chiarlo, Archiepiscopi Amideni et in Brasiliana Republica Nuntii Apostolici, favente sententia, de consulto etiam S. Congregationis Fidei Propagandae, cuius hucusque iuris erat Praefectura illa, precibus dilecti Filii Ioachimi de Lange, hodierni Praefecturae illius Antistitis, qui ab Apostolica Sede enixe postulavit ut eadem Praefectura in Praelaturam *nullius* erigeretur, id rati in christifidelium maius spirituale bonum cessurum, annuendum statuimus. Supplentes igitur, quatenus opus sit, aliorum quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensum, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, quam supra memoravimus Praefecturam Apo-

An. et vol. XXXXIII 21 Aprilis 1951 (Ser. II, v. XVIII) – N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

TEFENSIS

PRAEFECTURA APOSTOLICA TEFENSIS IN PRAELATURAM « NULLIUS » ERIGITUR, EODEM SERVATO NOMINE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quum, Deo adiuvante, res catholica in Praefectura Apostolica Tefensi in Brasilia, postremis potissimum hisce annis, non mediocre susceperit incrementum, ita ut iam non missionalium cura regenda sit sed in dioecesim potius evehenda, Nos, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Consistorialibus Negotiis praepositorum consilio, data antea venerabilis Fratris Caroli Chiarlo, Archiepiscopi Amideni et in Brasiliana Republica Nuntii Apostolici, favente sententia, de consulto etiam S. Congregationis Fidei Propagandae, cuius hucusque iuris erat Praefectura illa, precibus dilecti Filii Ioachimi de Lange, hodierni Praefecturae illius Antistitis, qui ab Apostolica Sede enixe postulavit ut eadem Praefectura in Praelaturam *nullius* erigeretur, id rati in christifidelium maius spirituale bonum cessurum, annuendum statuimus. Supplentes igitur, quatenus opus sit, aliorum quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensum, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, quam supra memoravimus Praefecturam Apo-

stolicam Tefensem in Praelaturam *nullius* extollimus, erigimus et constituimus, iisdem Praefecturae servatis nomine et finibus. Illam insuper dicioni subducimus Sacrae Congregationis Fidei Propagandae, ac regimini subicimus Sacrae Congregationis Consistorialis. Novae istius Praelaturae *nullius* sedem in *Tefe* urbe constituimus et sacram aedem in S. Teresiae Virginis honorem Deo dicatam ad ecclesiae praelatiae gradum et dignitatem evehimus, cui idcirco eiusque pro tempore Praesulibus iura, privilegia, insignia et honores tribuimus, atque onera et obligationes iniungimus, quae ecclesiis praelatitiis earumque Praelatis sunt propria. Porro hanc Praelaturam *nullius* suffraganeam decernimus metropolitanae Ecclesiae Belemensi de Parà, eiusque Antistitem metropolitico subiicimus iuri Archiepiscopi Belemensis de Parà. Mensam autem praelatitiam constituent fidelium oblationes et Curiae emolumenta. Jubemus insuper ut e Seminario Minore, quod iam habetur, clero indigenae efformando, electi iuvenes ad Pontificium Collegium Pianum Latinum de Urbe mittantur in spem Ecclesiae instituendi. Quum autem huius temporis adiuncta haud permittant quominus in hac nova Praelatura *nullius* canonicorum capitulum constituatur, indulgemus ut pro canonicis dioecesani consultores ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur. Quod vero ad Praelaturae huius regimen et administrationem, clericorum et fidelium iura et onera, aliaque id genus, volumus ut rite serventur quae sacri canones praescribunt. Ad quae omnia, uti supra disposita et constituta, ad exsecutionem mandanda venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Nuntium Apostolicum in Brasiliana Republica, vel eum qui exsecutionis tempore illi praesit, delegamus et ipsi necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus iniungimus ad S. Congregationem Consistorialem quam primum fide dignum peractae exsecutionis actorum exemplum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit at-

tentari, irritum prorsus et inane esse ac fore volumus et decernimus, non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, vel excerptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae praesentibus Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, constitutionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo, die undecima Augusti mensis, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
S. Collegii Decanus

Fr. A. I. Card. PIAZZA
S. C. Consistorialis a Secretis.

† Alfonsus Carinci, Archiep. Tit. Seleuc., *Dec. Proton. Apost.*
Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*

EXPEDITA
die tertia Februarii mensis, anno duodecimo
Alfridus Marini, *Plumbator.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXX, n. 67. – Al. Trussardi.

II

SOLIMÕES SUPERIORIS

PRAEFECTURA APOSTOLICA SOLIMÕES SUPERIORIS IN PRAELATURAM « NULLIUS » EVEHITUR ET CONSTITUITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Laeto accepimus animo Praefecturam Apostolicam Solimões Superiorem in Brasilia, a v. m. Decessore Nostro Pio Decimo, die vicesima tertia Maii mensis, anno millesimo nongentesimo decimo ex amplissimi Amazonensis dioecesis territorii parte erectam, talia, Dei opitulante gratia, postremis potissimum hisce annis, suscepisse spiritualia incrementa, ut non amplius eius territorium missionalium iure regendum sit. Quare, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum consilio, deque data antea favente sententia venerabilis Fratris Caroli Chiarlo, Archiepiscopi titulo Amideni et in Brasiliana Republica Nuntii Apostolici, audita S. Congregatione Fidei Propagandae, cuius iuris hucusque Praefectura illa Apostolica erat, enixas dilecti Filii Wenceslai a Spoleto, hodierni eius Praefecti, preces admittendas censuimus, quibus a Sancta Sede postulabatur ut Praefectura illa in Praelaturam *nullius dioecesis* eveheretur. Supplentes igitur, quatenus opus sit, aliorum quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensum, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Apostolicam quam diximus Solimões Superiorem Praefecturam in Praelaturam *nullius* erigimus et constituimus, iisdem servatis Praefecturae nomine et finibus. Illam insuper de Sacrae Congregationis Fidei Propagandae dicione detrahimus, atque regimini subicimus S. Congregationis Consistorialis. Novae huius Praelaturae *nullius* sedem in urbe *São Paulo de Olivença* constituimus et sacram aedem Deo in honorem S. Pauli Apostoli dicatam, ad ecclesiae praelatitiae gradum et dignitatem evehimus, cui idcirco eiusque pro tempore Praesulibus iura et privilegia, insignia et honores tribuimus, atque onera et obligationes iniungimus, quae ecclesiis praelatitiis earumque Praelatis sunt propria. Hanc autem Praelaturam Solimões Superiorem suffraganeam decernimus metropolitanae Ecclesiae Belemensi de Parà, eiusque

Praelatum *nullius* metropolitico subicimus iuri Archiepiscopi Belemensis de Parà. Mensam praelatitiam constituent fidelium oblationes et Curiae emolumenta. Iubemus porro ut ad clerum indigenam efformandum minus saltem seminarium quamprimum erigatur, ex quo electi iuvenes ad Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum in Urbem mittantur, in spem Ecclesiae instituendi. Quum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in hac nova Praelatura canonicorum capitulum constituatur, indulgemus ut pro canonicis dioecesani consultores ad iuris normam interim eligantur et adhibeantur. Quod vero ad Praelaturae huius regimen, administrationem, clericorum et fidelium iura et onera, aliaque attinet, volumus ut rite serventur quae sacri canones praescribunt. Ad quae omnia, uti supra disposita et constituta, perficienda quem supra memoravimus venerabilem Fratrem Nuntium Apostolicum in Brasiliana Republica, vel eum qui exsecutionis tempore Nuntiaturae illi praesit, delegamus et ipsi necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus iniungimus ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittendi fide dignum peractae exsecutionis actorum exemplum. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse ac fore volumus et decernimus, non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, vel excerptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici

subscriptis, ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae praesentibus Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam, evectionis, constitutionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, delegationis, derogationis et volutatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum ex Arce Gandulphi, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo, die undecima Augusti mensis, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
S. Collegii Decanus

Fr. A. I. Card. PIAZZA
S. C. Consistorialis a Secretis.

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

EXPEDITA
die vicesima quarta Ianuarii mensis, anno duodecimo
Alfridus Marini, *Plumbator.*

Loco ✠ Plumbi

Reg in Canc. Ap., vol. LXXX, n. 59. – Al. Trussardi.

III

TUGUEGARAOANAE
(BATANENSIS ET BABUYANENSIS)

A DIOECESIS TUGUEGARAOANAE TERRITORIO PARS SEIUNGITUR, QUAE IN NOVAM ERIGITUR PRAELATURAM « NULLIUS », BATANENSEM ET BABUYANENSEM NOMINE.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad faciliorem dominici gregis gubernationem haud parum confert recta Ecclesiarum circumscriptio, latissimum aliquando earum territorium dismembrando, ut aucto Pastorum numero aeternae christifidelium saluti diligentiori ratione prospici possit. Quo moti consilio, de venera-

bilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum consulto, lubenti animo annuendum censuimus enixis venerabilis Fratris Alexandri Olalia, Episcopi Tuguegaraoani, precibus, quibus ab Apostolica Sede postulavit, ut insulas *Batanes, Babuyan* et *Fuga,* quas, ab episcopali sede longe absentes, valde arduum est Ordinario regere, uti par est, et gubernare, a sua dioecesi distrahere earumque territorium, in novam erigere Praelaturam *nullius* decernamus. Praehabito itaque venerabilis Fratris Aegidii Vagnozzi, Archiepiscopi Myrensis et in Insulis Philippinis Delegati Apostolici, favorabili voto, atque supplentes, quatenus opus sit, aliorum, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensum, quas memoravimus insulas *Batanes, Babuyan* et *Fuga* a dioecesis Tuguegaraoanae territorio suprema apostolica auctoritate Nostra distrahimus earumque territorium in Praelaturam *nullius* erigimus et constituimus, quam *Batanensem et Babuyanensem* appellandam decernimus.

Novae huius Praelatura *nullius* sedem episcopalem in urbe vulgo *Basco* constituimus et templum in honorem S. Dominici Deo ibi dicatum, ad ecclesiae praelatitiae gradum et dignitatem evehimus et illi atque pro tempore Praesulibus iura et privilegia, honores et insignia tribuimus, quibus ceterae praelatitiae Ecclesiae et earum Antistites iure communi fruuntur et gaudent, una cum omnibus oneribus et obligationibus iisdem adnexis. Hanc insuper Praelaturam *nullius* Batanensem et Babuyanensem suffraganeam esse decernimus metropolitanae Ecclesiae Manilensi, ideoque eius Praelatum metropolitico iuri Archiepiscopi Manilensis pro tempore subiicimus. Iubemus porro ut minus saltem seminarium ad clerum indigenam efformandum quam primum condatur, ex quo electi iuvenes ad Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum in Urbem mittantur, in spem Ecclesiae sub fere Romani Pontificis oculis instituendi. Quum autem praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in hac nova Praelatura *nullius* canonicorum capitulum constituatur, indulgemus ut interim pro canonicis dioecesani consultores ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur. Quoad porro Praelaturae regimen et administrationem, ad clericorum et fidelium iura et onera, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris Apostolici, sede vacante, electionem, rite servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. Quod autem ad clerum peculiariter spectat, statuimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem demandatae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime degunt. Mensam insuper praelatitiam constituent Curiae emolumenta

et fidelium collationes, in quorum bonum Praelatura ipsa erecta est, servato tamen canone 1500 I. C. quoad bonorum et fundationum divisionem, ad totam dioecesim modo pertinentium.

Omnia autem documenta et acta, quae novam respiciunt Praelaturam eiusque clericos et fideles ad istius Curiam, in proprio Tabulario adservanda, ab episcopali Curia Tuguegaraoana quam primum transmittantur. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta perficienda venerabilem quem supra memoravimus Fratrem Delegatum Apostolicum in Insulis Philippinis, vel eum qui exsecutionis actu Delegationi praesit, deputamus et ipsi necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus imponimus ad S. Congregationem Consistorialem quam primum transmittendi authenticum actorum exsecutionis exemplar.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quo quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia et potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse ac fore volumus et decernimus, non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, vel excerptis etiam impressis, manu tamen alicuius notari publici subscriptis, ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae praesentibus Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario

attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo, die trigesima Novembris mensis, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
S. Collegii Decanus

Fr. A. I. Card. PIAZZA
S. C. Consistorialis a Secretis

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

EXPEDITA
die vicesima quarta Ianuarii mensis, anno duodecimo
Alfridus Marini, *Plumbator.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXX, n. 49. – Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

TEMPLUM IN HONOREM B. MARIAE V. ET S. MARTINI, EP., IN PAGO « TAAL » INTRA FINES LIPENSIS DIOECESIS DEO DICATUM, TITULO BASILICAE MINORIS CONDECORATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Conspicua Templa Dei, quae tum pulchritudine, tum insignibus Marialibus vel Sanctorum Simulacris, tum etiam summa fidelium religione celebrantur, amplissimis honoribus ac privilegiis de more institutoque Romanorum Pontificum propensa voluntate cohonestamus. Inter ea merito est sacra Aedes recensenda, quae in loco vulgo « Taal », intra fines dioecesis Lipensis, in honorem Beatae Mariae Virginis ac Sancti Martini Episcopi exaedificata, eundem pagum admodum nobilitat. Impensa ibidem excitatur Marialis pietas multaque florescunt Marialia Opera, quippe cum propinquum exstet Sanctuarium, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis « de Caisásay » nuncupatae dicatum, ad quod e longinquis quoque regionibus fideles turmatim accedere consueverunt. Tanta insuper molis amplitudine ac tam pulchris artis operibus eadem sacra Aedes prae ceteris eminet, ut inter clariora monumenta, nostris hisce temporibus in Philippinis Insulis exstructa, optimo sit iure adnumeranda. Quae cum ita sint, a Venerabili Fratre Alaphrido Verzosa, Lipensi Episcopo, enixe rogati

sumus ut memoratam Ecclesiam loci « Taal » titulo ac privilegiis Basilicae Minoris benigne honestare dignaremur. Nos autem, ne erga Deiparam Virginem Mariam Lipensium pietas umquam deficiat, sed potius magis in dies augeatur, attentis quoque amplissimis Venerabilis Fratris Gulielmi Piani, Archiepiscopi titularis Nicosiensis atque Nostri in Insulis Philippinis Delegati Apostolici, commendationibus, huiusmodi excipienda vota perlibenter censuimus. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno atque Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, memoratam Ecclesiam, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis et Sancti Martini Episcopi dicatam atque in pago « Taal » intra fines Lipensis dioeceseos positam, ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* evehimus cum omnibus privilegiis et iuribus, quae eidem titulo rite conveniunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec statuimus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die XXII mensis Octobris, anno MCMXXXXVIII, Pontificatus Nostri decimo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status
Io Bapt. Montini
Subst. Secr. St.

II

SANCTUS GABRIEL ARCHANGELUS CAELESTIS APUD DEUM PATRONUS OMNIUM HISPANIAE LEGATORUM CONSTITUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Pergratum Nobis fecit Dilectus Filius et Excellentissimus Vir Ioachim Ruiz Giménez Cortés, apud Nos Sedemque Apostolicam Extraordinarius ac liberis cum mandatis Hispaniae Orator, enixa depromens vota Illustris Viri Alberti Martin Artajo,

ab Exteris Negotiis Administri, nec non Legatorum cunctorum carissimae Nobis eiusdem Nationis, Nos ferventer adprecando ut Sanctus Gabriel Archangelus caelestis apud Deum Patronus omnium Hispaniae Legatorum constituatur ac declaretur. Summam enim percipimus voluptatem ex flore religiosae sanctaeque flammae, qua mentes animique tantorum ac nobilium Oratorum aluntur adeo ut ad hanc Nobis postulationem adhibendam impellantur. Eodem Nos ducti consilio, ut nempe, qui caelestis exstitit Nuntius, suo praesidio foveat, custodiat, adiuvet gerentes publica auctoritate patriae negotia, precibus a Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, Nobis relatis, annuendum censemus. Quare, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum *Sanctum Gabrielem Archangelum* omnium Hispaniae Legatorum caelestem apud Deum *Patronum* constituimus ac declaramus, omnibus et singulis honoribus et privilegiis liturgicis adiectis, quae rite Coetuum Patronis competunt. Fore denique confidimus ut caelestis huiusmodi ops amplissimum gravissimumque eorundem oratorum munus expeditius ac facilius reddere queat. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Iunii, anno MCMXXXXIX, Pontificatus Nostri undecimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

III

BEATISSIMA VIRGO MARIA, CUI TITULUS « AUXILIUM CHRISTIANORUM », TOTIUS S. VINCENTII DIOECESIS PRAECIPUA PATRONA CAELESTIS CONSTITUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quidquid ad cultum promovendum fovendamque pietatem erga Beatam Virginem Dei Genetricem Mariam confert haud parvam cum afferat paterno cordi Nostro iucunditatem, pristinam Fidem catholicam, in Americam Latinam ab Hispanis sedulo studioseque invectam, numquam imminutam sed potius auctam esse, vehementer in Domino gratulamur. Haud aliter accidisse accepimus in Sancti Vincentii dioecesi, nuperrime in dicione Sancti Salvatoris a Nobismet Ipsis erecta, prout per Venerabilem Fratrem Petrum Arnaldum Aparicio, Sancti Vincentii Episcopum, Nobis allatum est. Eodem enim testante Praesule, omnes ipsius dioeceseos fideles ipsam Virginem Mariam, cui titulus « Auxilium Christianorum » est, tanta pietate tantoque amore colunt, ut multi Marialibus Confraternitatibus nomen dent, innumeras « Auxiliatricis » Imagines in domibus venerentur, pueri ac puellae in catholicis scholis eidem Deiparae se voveant. « Auxiliatricis » insuper ope ac tutela materna, novum Seminarium, moderantibus Sancti Ioannis Bosco filiis, ad efformandos recteque instituendos ac sana doctrina imbuendos divini Altaris Ministros, in spem dioecesis et Ecclesiae succrescentes, conditum atque exaedificatum est. Quibus omnibus perpensis, ne novissima sua dioecesis Caelesti careat Patrono, memoratus Ordinarius, nomine proprio nec non Consultorum, utriusque Cleri universique populi, enixas Nobis adhibuit preces ut Beatam Virginem Mariam, cui titulus « Auxilium Christianorum », praecipuam Caelestem Patronam dioeceseos Sancti Vincentii benigne declarare dignaremur. Nos autem, de Fidei incremento et spirituali bono apud omnes populos, ut exigit supremum Nostrum Apostolicum munus, iugiter solliciti, huiusmodi precibus annuere perlibenter statuimus. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatissimam Virginem Mariam, cui « Auxilium Christianorum » titulus adicitur, totius Sancti Vincentii dioeceseos praecipuam apud Deum Caelestem *Patronam* de-

claramus, facimus, constituimus, omnibus et singulis honoribus et privilegiis liturgicis adiectis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent seu pertinere poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari: sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die XXVIII mensis Octobris, anno MCMXLIX, Pontificatus Nostri undecimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis.

IV

ECCLESIA IN HONOREM SANCTI VENANTII M. DEO DICATA, IN CIVITATE CAMERINENSI EXSTANS, AD DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EVEHITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Sacras inter aedes quibus urbs Camerinensis decoratur, post Cathedrale Templum Beatissimae Virgini ab Angelo salutatae sacrum, potiorem absque dubio obtinet locum ecclesia, quae in honorem Sancti Venantii Hieromartyris praeclarissimi, qui in Sacra Liturgia merito dicitur *dux et decor Camertium,* in suburbio, uti fertur, saec. V vel VI post Christum natum aedificata est. In urbis magna direptione saec. XIII fere eversa, Iulii Caesaris ex gente Varana cura et auspicio instaurata, anno MCCCCLXXX, ob magnum terrae motum, qui Camerinum pene diripuit, gravissima pertulit damna. Quibus reparandis Aloisius Poletti architectus operam dedit, Pius PP. IX, Decessor Noster immortalis memoriae, hominesque privati conspicuas contulerunt largitiones, ita ut templum ipsum, quod nunc cernitur, anno MDCCCLXXV, a Felicissimo Salvini, Camerinensium Antistite, iterum sollemniter consecratum dedicatumque sit. Aedificium

formam crucis latinae, ut aiunt, refert; ara maxima variis marmoribus contecta, Canonicorum subselliis affabre factis, tabulis ex arte pictis, ornatur; multa atque magni pretii sacra supellectile et paramentis affluit; Sanctissimae Crucis atque Sanctorum, inter quas memoratu digna pars capitis S. Barnabae Apostoli, Reliquiis refulget. Frons peristylio soffulta et epistylio, Christi eiusque SS. Apostolorum anaglypta referente, exornata est. In uno altari cryptae, quae « catacumba » vocatur, saec. XIII exstructae et XVII, Viri Eminentissimi Pierbendetti cura et impensa ampliatae, in tres alas columnis divisae, Dominico Fontana architectore, ossa et cineres S. Venantii Martyris et S. Porphyrii Presbyteri et Martyris, in gemina marmorea arca religiose adservantur et fidelium habent maximam venerationem. Collegium Canonicorum, quorum curae inde ab anno MCCL templum concreditum fuisse documenta historica testantur, a Decessoribus Nostris rec. me. Paulo III et Urbano VIII privilegiis et honoribus ditatum fuit et sacris functionibus actuoso studio iugiter perfunctum est, hodieque, etsi numero imminutum, tamen una cum Sacerdotibus civitatis, praesertim festis diebus sollemnioribus, magno decore et laudabili pietate divinis rebus operatur. Insuper Decessores Nostri Paulus V, Clemens X et Pius VI ecclesiam et altare Divi Venantii indulgentiis et spiritualibus donis auxerunt ita ut Christifideles non solum ex ipsa urbe Camerino sed ex tota archidioecesi sacram aedem celebrare frequentes et devoti soleant, adolescentem sed fortissimum heroëm, vetustae et illustris urbis vere columen et coeleste praesidium, veneraturi. Haec omnia Nobis referens Ven. Frater Iosephus D'Avack, hodiernus Archiepiscopus Camerinensium, Nos enixe rogavit ut memoratum templum, tot nominibus venerandum, ad dignitatem Basilicae Minoris evehere dignaremur. Quibus precibus Nos, Decessorum Nostrorum, quos memoravimus, vestigiis insistentes adnuere libenter decrevimus etiam ut Nostram erga Sanctum Martyrem pietatem et erga Archidioecesim Camerinensem eiusque Praesulem paternam benevolentiam iterum manifestam faciamus. Quare, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Ecclesiam Collegiatam et Paroecialem Deo in honorem Sancti Venantii Martyris dicatam atque in civitate et archidioecesi Camerinensi positam, ad dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus cum omnibus honoribus ac privilegiis quae eidem titulo conveniunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque

plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite judicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVIII mensis Novembris, anno MCML, Pontificatus Nostri duodecimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesie negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

ALLOCUTIONES

I

Ad christifideles, die Paschatis Resurrectionis D. N. Iesu Christi, devota omina Summo Pontifici ac Veneratissimo Patri in foro Sancti Petri proclamantes. *

Da questo incomparabile luogo, ove, nel passato Anno Santo, l'Urbe e il mondo intero si sono insieme trovati in solenni e solennissime ore, inviamo alla moltitudine dei fedeli della Nostra diocesi di Roma, ai pellegrini qui convenuti per la Pasqua cristiana, e a quanti sulla terra ascoltano la Nostra voce, il commosso saluto del Padre comune.

Vi ha desti, diletti figli e figlie, l'annunzio angelico: *Surrexit!* È risorto! Quel medesimo annunzio, rivolto un giorno a poche anime ancora sopraffatte dalla paura e dal tremore,[1] si ripete ad ogni schiudersi di primavera, e trasvola per ogni dove sull'onda melodiosa delle campane, per suscitare in milioni di anime il medesimo potente fremito di giubilo, il medesimo fervore di fede, il medesimo largo respiro di speranza.

Gioite ed esultate, diletti figli, poichè la vita che si rinnova in Gesù risorto, nell'alba di Pasqua, è per ogni anima pegno di nuova vita, di salvezza e di futura risurrezione. Mistero di rinnovamento è la Pasqua. Tutte le sue voci lo invocano: scotete da voi il vecchio fermento della malizia e della malvagità;[2] rivestitevi dell'uomo nuovo, quale è voluto

* Habita die 25 Martii mensis a. 1951.

[1] Cfr. MARC. 16, 6-8.

[2] Cfr. 1 *Cor.* 5, 8.

da Dio; la mente si elevi alle cose celesti; discenda in ciascun'anima la grazia santificatrice; più alta e più concreta divenga la giustizia, più universale la carità; in una parola, rinnovate i vincoli spezzati fra l'uomo e Dio, fra uomo ed uomo. Ridiventate figli, ridiventate fratelli!

Primo frutto sia la pace. *Pax vobis!* [3] È il nuovo saluto di Gesù risorto. Ciò che sulla sua culla era una promessa, nel dì di Pasqua vuol essere una realtà, effetto della compiuta Redenzione. Quel saluto di pace, che risonò, venti secoli or sono, quasi suggello delle sue apparizioni e contrassegno della Chiesa nascente, si accolga, oggi più che mai, quale divino precetto vincolante ogni coscienza, si riceva quale dono inestimabile, si attui come la impresa più degna della odierna civiltà, più bramata dal cielo e dalla terra.

Affinchè però il gaudio pasquale non tramonti col declinare del giorno, ma duri invece perenne per lunga stagione e penetri i cuori maggiormente colpiti dalla tormenta, che oggi sconvolge il mondo, scenda, o Gesù, la vostra benedizione, apportatrice di rinnovamento e di pace, su questo popolo, che a Voi innalza unanime un inno di lode, di gratitudine e d'impetrazione.

Benedite, o Redentore divino, la sacra Gerarchia, i ministri del Santuario e gli aspiranti al sacerdozio, tutti coloro che, rinunziando al mondo, si sono a Voi consacrati nelle più varie forme della vita religiosa.

Benedite le balde schiere dell'apostolato dei laici, e ravvivate in loro, fino alla piena misura, il coraggio della professione cristiana, l'ardore dello zelo, la fermezza della virile fedeltà.

Benedite i Reggitori delle Nazioni e ispirate loro propositi di giustizia e di pace, di fraterne intese e di reciproci aiuti, affinchè, liberati da ogni brama di dominazione e di violenza, i popoli possano vivere e servire Dio nel pacifico lavoro e in serena tranquillità, e così pervenire dalla operosa giornata terrena alla beatitudine della Patria celeste.

Benedite le famiglie, nel cui grembo proteggitore crescono le generazioni, che dovranno formare la Chiesa del domani; benedite e sostenete i giovani e le fanciulle, la cui purezza, il cui valore, la cui spirituale letizia, sono una delle più fervide sollecitudini della vostra Sposa immacolata.

Benedite e confortate coloro, che gli allettamenti terreni e gli errori insidiosi hanno danneggiato nel sentimento e nel pensiero, nella condotta e nelle opere, e aiutateli a ritrovare dal folto della tiepidezza, della in-

[3] Luc. 24, 36.

differenza, della lontananza da Dio, la via che sola conduce alla verità e alla salvezza.

Effondete questa vostra benedizione su tutti i sofferenti nel corpo e nello spirito; suscitate, in numero sempre maggiore, anime generose preste ad accorrere dovunque si oda un grido, un lamento, un sospiro, pronte a dedicare la loro mente e il loro braccio e le loro sostanze alla cura di tanti bambini abbandonati per le vie, al sostegno di tanti vecchi privi di ogni soccorso, di tanti miseri che stentano la vita tra il bisogno e le infermità, di tanti profughi randagi in cerca di un'altra patria, di tanti oppressi vittime delle umane ingiustizie; infondete coraggio a quanti gemono negli ospedali, nelle carceri, nei luoghi di esilio e di pena, forse anche ingiustamente; accrescete fortezza a coloro che patiscono nell'onore, nella libertà e nella carne per la difesa della loro fede: fulgidi esempi di fedeltà a Voi, divino Vincitore dell'inferno e della morte.

Trionfate, trionfate, o Gesù. Venga, si avanzi il vostro regno. Il vostro impero risplenda sulla terra, più conosciuto, più amato, più potente, come infinita è la potenza del vostro sangue divino, sparso a redenzione di tutto il mondo!

II

*Ad Delegatos Gallicae Sodalitatis, « Union des Catholiques de l'Enseignement Public » appellatae.**

De quel scepticisme parfois même dédaigneux aurait été le jouet, au déclin du siècle dernier et à l'aurore de celui-ci, l'audacieux qui eût alors prédit qu'un jour, un jour non lointain, Rome verrait accourir à elle, en nombre respectable, les membres catholiques de l'enseignement public de la France! Et pourtant, vous voici aujourd'hui, très chers fils et filles, près de trois mille, groupés en ce moment autour de Nous, comme des enfants confiants et aimants autour de leur père!

L'Université de France! Elle occupait une si belle place dans l'histoire de l'Eglise et de la Nation! elle a pris une part si belle au progrès de la civilisation et de l'humanisme chrétien! On ferait, avec les noms des grands hommes, des grands initiateurs et fondateurs, des grands saints, qu'elle a contribué à former, le plus glorieux « livre d'or »! Et tandis que ce bien se faisait avec un éclat resplendissant à la Sorbonne et dans les grandes et illustres Facultés, il se faisait aussi, discrète-

* Habita die 26 Martii mensis a. 1951.

ment et d'autre manière, dans les plus humbles écoles publiques, par le dévouement des « magisters » de village !

Qui pourrait s'étonner que les adversaires de l'Eglise, inconscients des vrais intérêts de la France, aient cherché à provoquer la fissure qui, dans leurs plans, devait, petit à petit, s'élargir et s'approfondir? Faute de principes doctrinaux, précis et fermes, le monde intellectuel, surtout depuis la fin du dix-huitième siècle, était mal préparé à découvrir les infiltrations dangereuses, à réagir contre leur pénétration insensiblement progressive. Même sans hostilité voulue, sans dessein préconçu, sans qu'on y prît garde, l'esprit incertain des maîtres même des plus illustres, le flottement et le vague de la pensée, devaient forcément faire sentir leurs effets dans l'instruction et dans l'éducation supérieure, secondaire, primaire de la jeunesse, effets de plus en plus étendus et profonds à chaque nouvelle génération.

Quant à l'impiété consciente, elle épiait et dirigeait pour l'exploiter, l'evolution, ou plus exactement la déviation des grands mots équivoques de neutralité et de laïcité. Aveuglée par ses succès, elle ne savait pas voir, cachée sous la cendre accumulée, presque étouffée par la contrainte, l'étincelle de vie chrétienne, de ferveur et de zèle, qui continuait de brûler, ardente, dans les cœurs des plus éminents parmi les savants et les intellectuels, dans ceux des héroïques instituteurs de l'enfance populaire.

Justement alors, au sein de l'enseignement public à tous ses degrés, en émouvante solidarité, maîtres et futurs maîtres encore élèves des écoles normales, commençaient à se montrer au grand jour; ils affichaient ouvertement leur foi et la faisaient respecter; de moins en moins on osait affirmer l'opposition de la science et de la religion, et ceux qui s'y hasardent — il s'en trouve encore aujourd'hui — s'exposent à faire figure de retardataires.

Hors de vos rangs, la plupart des vrais savants, des éducateurs consciencieux qui ne partagent pas vos convictions et votre ferveur, n'hésitent pas à vous témoigner leur estime; et il n'en manque pas, parmi eux, qui, dans les occasions, Nous donnent à Nous-même les marques de leur plus sincère déférence. Nous en avons eu bien des exemples au cours de l'Année Sainte. Comment ne Nous réjouirions-Nous pas, sachant que ce revirement, humblement commencé et devenu si ample, est en grande partie votre mérite et celui de vos devanciers? Faut-il rappeler l'action modeste, mais profonde et graduellement croissante, du « Bulletin national des instituteurs et des institutrices catholiques de l'enseignement public », du petit « bulletin vert », comme on disait

alors, l'influence des premiers groupements, qui se formaient sous des noms divers et avec des nuances, et qui se multipliaient, tout en confluant vers une étroite et solide unité, pour une action commune, permanente et organisée?

Ce qui Nous cause une particulièrement vive impression en vous voyant ici, c'est la plénitude de votre manifestation : plénitude par l'ampleur et la variété de votre assemblée d'enseignants et futurs enseignants de toutes les branches et de tous les ordres, plénitude par l'objet que vous visez, car vous ne faites pas de votre réunion uniquement la fière et publique attestation de votre appartenance à l'Eglise et de votre fidélité à sa doctrine et à sa discipline, de votre dévotion filiale envers le Vicaire de Jésus Christ : vous en faites surtout un rendez-vous fraternel destiné à promouvoir ensemble, à développer et perfectionner en vous-mêmes la vie intérieure de foi, de prière, de zèle apostolique, de piété liturgique et contemplative, âme de votre activité professionnelle, considérant vos « Journées universitaires », non pas comme un Congrès, ni comme un simple pèlerinage, mais, suivant une heureuse et bien expressive formule, comme une sorte de grande « retraite ».

Vous avez grandement raison de mettre au premier plan de vos intentions votre progrès et votre perfectionnement spirituels. C'est votre valeur personnelle — humaine et chrétienne —, qui doit être non seulement la base, mais le ressort de toute votre action efficace, aussi bien pour votre propre sanctification, que pour votre apostolat.

Car enfin votre force apostolique émane visiblement de l'exemple que vous donnez de votre foi et de votre conduite éminemment chrétienne ; elle émane invisiblement de la surabondance de votre vie intérieure surnaturelle, qui se déverse sur toutes les âmes, à commencer par celles qui vous sont les plus proches, qui vous sont, pour une bonne part, confiées.

C'est également avec raison que vous vous souciez aussi d'exercer, par votre ministère d'enseignement, une influence plus directe ; et c'est ici qu'apparaît l'aspect délicat de votre apostolat.

Il était, à l'origine de votre mouvement, d'une indiscutable opportunité. L'évolution, encore bien partielle, de l'esprit, au cours de ce demi siècle, ne l'a pas rendu moins opportun. Nonobstant la continuelle sollicitude et l'insistance de l'Eglise à instruire les parents chrétiens du devoir primordial de donner à leur enfants une éducation, dont l'élément religieux, doctrinal et moral, ne fût pas disjoint de l'instruction purement humaine mais le pénétrât au contraire intimement ; non-

obstant les encouragements qu'elle donne aux militants, qui prodiguent avec désintéressement leurs efforts et leur sacrifices pour soutenir et promouvoir l'école expressément catholique; il n'est pas moins vrai qu'un nombre immense d'enfants lui échappent par suite de circonstances trop souvent inéluctables, comme l'impossibilité de trouver à sa portée une école telle qu'on la souhaiterait, comme l'indifférence ou la négligence des familles, ou des considérations d'ordre temporel. Ces jeunes âmes seront-elles privées complètement de la formation chrétienne à laquelle elles ont droit?

A première vue, il semblerait que bien des entraves paralysent votre bonne volonté: interdiction d'aborder le terrain dit « confessionnel », étendu souvent par une acception abusive à tout le domaine religieux; — variété infinie entre écoliers, élèves, étudiants, qui proviennent des milieux les plus divers, déjà marqués d'une première empreinte, où l'on reconnaît des formes d'éducation étrangement disparates ou l'absence de toute éducation; — réserve qui s'impose à l'égard d'adolescents, dont les uns suivent des observances religieuses les plus hétéroclites, et dont les autres n'ont, hélas! aucune religion.

Malgré tout, vous estimez pouvoir et devoir, sans la moindre ingérence illégitime ou simplement illégale, faire du bien, un grand bien à ces jeunes âmes. Le pouvez-vous donc autrement que par cette influence secrète de la grâce débordante, dont Nous venons de parler, et de la prière?

L'Apôtre saint Paul déploie devant vos regards un très large horizon dans son épitre aux Romains (1, 20): « Les perfections invisibles de Dieu, écrit-il, son éternelle puissance et sa divinité sont, depuis la création du monde, rendues visibles à l'intelligence par le moyen de ses œuvres ». Faudrait-il, par ces « œuvres », entendre uniquement les créatures matérielles et immédiatement perceptibles aux sens? ou n'est-il pas certain qu'il faut compter aussi les grandes lois générales, qui régissent le monde, et qui, même à défaut de la révélation et de la foi, se découvrent à la raison naturelle, loyale et attentive? Or ce sont toutes les branches du savoir humain, qui manifestent à l'intelligence et les œuvres de Dieu, et ses lois éternelles, et leur application à la marche physique, morale, sociale, du monde. Bien plus, il est impossible à qui que ce soit d'exposer avec ampleur et impartialité l'histoire des évènements et des institutions, sans que, en dehors même de toute présentation, de toute insinuation dogmatique ou apologétique, on y voie briller, dans une clarté surhumaine, la lumière du Christ et de son Eglise.

Courage, confiance, persévérance, chers fils et chères filles! Votre tâche est trop belle, trop visiblement bénie de Dieu pour douter que, à travers les épreuves et les difficultés qui ne vous manqueront jamais, à travers aussi les succès dont vous faites continuellement l'expérience, elle parvienne, sinon à une victoire complète, du moins à de splendides résultats. Le bénéfice, qui en rejaillirait sur votre patrie elle-même, ne manquerait pas de dessiller bien des yeux, de concilier à votre œuvre la sympathie de plus d'un parmi ceux qui, de bonne foi, la regardent encore avec une certaine arrière-pensée de défiance et de réserve. C'est l'objet de Nos plus chers désir, de Notre plus ardente prière et, pour en hâter la réalisation, Nous implorons pour elle la faveur de Celui, qui par excellence, est appelé « le Maître », au nom de qui, dans toute l'effusion de Notre cœur paternel, Nous vous donnons à vous, à vos collègues, à vos élèves, à vos familles, à tous ceux qui vous sont chers, Notre Bénédiction Apostolique.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

CHRISTIFIDELIBUS OPERARIIS HISPANIAE DATUS.*

Amadísimos hijos, empresarios, técnicos y trabajadores españoles, reunidos en Madrid y provincias para consagraros a Cristo Redentor y rendir vuestro ferviente homenaje de filial devoción a su Vicario en la tierra:

¡Qué hermoso espectáculo — dejadnos comenzar así — el de una masa imponente de obreros, como la vuestra, aclamando a Jesucristo como a su verdadero Redentor!

Porque al trabajador, al obrero, al hombre de una vida áspera y difícil, donde los problemas de hoy no alcanzan a hacer olvidar las preocupaciones del mañana, son muchos los que se le han presentado, y se le presentan, especialmente en estos últimos tiempos, enarbolando la bandera de la redención. Vosotros, sin embrago, seguís aferrados a la bandera de Cristo. Y confesáis abierta y solemnemente con el primer Papa San Pedro: « No hay que buscar la salvación en ningún otro. Pues no se ha dado a los hombres otro nombre debajo del cielo, por el cual debamos salvarnos» (*Act.* 4, 12). A El, a su Iglesia, al sucesor de Pedro vosotros queréis permanecer fieles, cueste lo que cueste.

Pero lealtad con lealtad se paga. Y como seguramente vosotros espe-

* Die 11 Martii mensis a. 1951.

ráis de Nós, en estos momentos, una palabra sobre lo que la Iglesia puede ofreceros para la seguridad de vuestra existencia y la satisfacción de vuestras justas aspiraciones, esa palabra, con todo Nuestro afecto paternal, os la queremos decir. Héla aquí, pues, en tres puntos:

1. Nadie puede acusar a la Iglesia de haberse desinteresado de la cuestión obrera y de la cuestión social, o de no haberles concedido la importancia debida. Pocas cuestiones habrán preocupado tánto a la Iglesia como esas dos, desde que, hace sesenta años, Nuestro gran Predecesor León XIII, con su Encíclica *Rerum Novarum*, puso en las manos de los trabajadores la Carta Magna de sus derechos.

La Iglesia ha tenido y tiene conciencia plena de su responsabilidad. Sin la Iglesia la cuestión social es insoluble; pero tampoco ella sola la puede resolver. Le hace falta la colaboración de las fuerzas intelectuales, económicas y técnicas de los poderes públicos.

Ella, por su parte, ha ofrecido, para la fundamentación religioso-moral de todo orden social, programas amplios y bien pensados. Las legislaciones sociales de los diversos países no son más que aplicaciones, en gran parte, de los principios establecidos por la Iglesia. No olvidéis tampoco que todo lo bueno y justo que halláis en los demás sistemas, se encuentra ya en la doctrina social católica. Y cuando ellos asignan metas al movimiento obrero, que la Iglesia rechaza, se trata siempre de bienes ilusorios que sacrifican la verdad, la dignidad humana, la justicia social o el verdadero bienestar de todos los ciudadanos.

2. En su historia, dos veces milenaria, la Iglesia ha tenido que vivir en medio de las más diversas estructuras sociales, desde aquella antigua con su esclavitud, hasta el moderno sistema económico, caracterizado por las palabras capitalismo y proletariado. La Iglesia nunca ha predicado la revolución social; pero siempre y en todas partes, desde la Epístola de S. Pablo a Filemón hasta las enseñanzas sociales de los Papas en los siglos diez y nueve y veinte, se ha esforzado tenazmente por conseguir que se tenga más cuenta del hombre que de las ventajas económicas y técnicas, y para que cuantos hacen de su parte lo que pueden, vivan una vida cristiana y digna de un ser humano.

Por eso la Iglesia defiende el derecho a la propiedad privada, derecho que ella considera fundamentalmente intangible. Pero también insiste en la necesidad de una distribución más justa de la propiedad y denuncia lo que hay de contrario a la naturaleza en una situación social donde, frente a un pequeño grupo de privilegiados y riquísimos, hay una enorme masa popular empobrecida. Siempre habrá desigualdades económicas. Pero, todos los que de algún modo pueden influir en la marcha de la so-

ciedad deben tender siempre a conseguir una situación tal, que permita a cuantos hacen lo que está en su mano, no sólo el vivir, sino aun el ahorrar.

Son muchos los factores que deben contribuir a una mayor difusión de la propriedad. Pero el principal será siempre el justo salario. Vosotros sabéis muy bien, qu.eridos hijos, que el justo salario y una mejor distribución de los bienes naturales constituyen dos de las exigencias más apremiantes en el programa social de la Iglesia.

Ella ve con buenos ojos y aun fomenta todo aquello que, dentro de lo que permiten las circunstancias, tiende a introducir elementos del contrato de sociedad en el contrato de trabajo y mejora la condición general del trabajador. La Iglesia exhorta igualmente a todo que contribuye a que las relaciones entre patronos y obreros sean más humanas, más cristianas y estén animadas de mutua confianza. La lucha de clases nunca puede ser un fin social. Las discusiones entre patronos y obreros deben tener como fin principal la concordia y la colaboración.

3. Pero esta obra la pueden llevar a cabo solamente hombres que viven de la fe y cumplen su deber en el espíritu de Cristo. Nunca fué fácil la solución de la cuestión social. Pero las indecibles catástrofes de este siglo la han hecho angustiosamente difícil. La reconciliación de las clases, la disposición al sacrificio y al respeto mutuo, la sencillez de la vida, la renuncia al lujo exigida imperiosamente por la actual situación económica: todo eso, y tantas otras cosas, sólo se podrán obtener con la ayuda de la Providencia y de la gracia de Dios. Sed, pues, hombres de oración. Elevad vuestras manos a Dios, para que, por su misericordia, y a pesar de todas las dificultades, se realice esa gran labor.

Con esta ocasión no podemos menos de dirigir algunas palabras de elogio paternal a esas Instituciones que habéis creado y continuáis creando en gran número con el fin de educar a los jóvenes trabajadores, haciendo de ellos excelentes obreros especializados y al mismo tiempo cristianos convencidos. No podríais hacer cosa mejor. En el auge y florecimiento de esa obra vemos un signo prometedor para el porvenir.

Se suele acusar a la fe cristiana de consolar al mortal, que lucha por la vida, con la esperanza del más allá. La Iglesia, se dice, no sabe ayudar al hombre en su vida terrena. Nada más falso. Os basta mirar al gran pasado de vuestra querida España; ¿quién ha hecho más que la Iglesia para que la vida familiar y social fuera ahí feliz y tranquila? Por lo que hace a la solución de la actual cuestión social, nadie ha presentado un programa que supere la doctrina de la Iglesia en seguridad, consistencia y realismo.

Por eso es tanto mayor su derecho a exhortar y consolar a todos, recordándoles que el sentido de la vida terrena está en el más allá, en la vida eterna. Cuanto más vivamente os penetréis de esta verdad, tanto más os sentiréis impulsados a colaborar para una solución aceptable de la cuestión social. Siempre será verdad que lo más precioso que para ese fin puede dar la Iglesia es un hombre que, firmemente anclado en la fe de Cristo y de la vida eterna, cumpla, impulsado por ella, las tareas de esta vida.

Esto era lo que os queríamos decir.

Una palabra todavía, amadísimos trabajadores españoles, para aceptar y agradecer el homenaje a Nuestra humilde persona. Y en cuanto a Nuestra correspondencia, ¿qué os hemos de decir? Durante todo el Gran Jubileo, que acaba de terminar, hemos visto con Nuestros propios ojos, hemos tocado con Nuestras propias manas el fervor entusiasta del pueblo español por el Papa. Pero los peregrinos españoles — entre los que os recordamos, queridos trabajadores, especialmente a los que estuvisteis en la clausura de la Puerta Santa — han podido ver, han podido también experimentar el amor que el Papa les reserva. « España por el Papa! » era su grito apasionado e incontenible; al que Nós hemos contestado con paternal amor: « Y el Papa por España! ».

Que Dios os bendiga, hijos queridísimos, y bendiga igualmente a vuestra patria y a vuestros dirigentes, como Nós, con plena efusión de afecto paternal, a todos os bendecimos.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

I

DECRETUM

Supremae huic Sacrae Congregationi propositum est dubium:

« Utrum magna prostratio (*gonyklisia*), ubi in usum venerit in celebratione Missae Ritus Byzantini, facienda sit post Christi verba, in consecratione panis et vini pronunciata, aut tandem post prolatam « *Epiclesim* ».

E.mi ac Revmi Cardinales rebus fidei ac morum tutandis praepositi in Plenario Conventu Feriae IV, die 20 Decembris 1950 habito, audito Revmorum Consultorum voto, respondendum censuerunt:

Affirmative ad I^am^ partem;

Negative ad II^am^.

Et Feria V subsequenti, Ssmus D. N. D. Pius Divina Providentia Pp. XII, in Audientia Excmo ac Revmo D. Adsessori S. Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit et publicari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 12 Februarii 1951.

Marinus Marani, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius*

II

DECRETUM

DE CONSECRATIONE EPISCOPI SINE CANONICA PROVISIONE

Suprema Sacra Congregatio Sancti Officii, ex speciali facultate sibi a Summo Pontifice facta, hoc edidit decretum:

Episcopus, cuiusvis ritus vel dignitatis, aliquem, neque ab Apostolica Sede nominatum neque ab Eadem expresse confirmatum, consecrans in

Episcopum, et qui consecrationem recipit, etsi metu gravi coacti (c. 2229, § 3, 3°), incurrunt *ipso facto* in excommunicationem Apostolicae Sedi *specialissimo modo* reservatam.

Hoc decretum vim suam exeret ab ipso promulgationis die.

Datum ex Aedibus Sancti Officii, die 9 Aprilis 1951.

Marinus Marani, *Supremae S. Congr. S. Officii Notarius*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

NILI AEQUATORIALIS (GULUENSIS)

DECRETUM

VICARIATUS APOSTOLICUS NILI AEQUATORIALIS, DEINCEPS « GULUENSIS » APPELLABITUR.

Cum iam mos invaluerit, ut missiones huius S. Congregationis iurisdictioni obnoxiae a sui cuiusque residentiae Ordinarii loci nomine, quantum fieri possit, appellentur, in iisdem plenariis comitiis die 20 Novembris 1950 habitis, in quibus Apostolicus Nili Aequatorialis Vicariatus nominatus est, Eminentissimi Patres Cardinales, huius Sacri Consilii Fidei Propagandae regimini praepositi, de ipsius Vicariatus denominatione mutanda egerunt.

Cum autem eiusdem Vicariatus Ordinarius in urbe Gulu sedem suam habeat, praelaudati Emi Patres Vicariatum Nili Aequatorialis deinceps Vicariatum Apostolicum Guluensem vocandum esse censuerunt.

Quam Emorum Patrum sententiam in Audientia diei 1 Decembris eiusdem anni, ab infrascripto huius S. Congregationis Cardinali Praefecto Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Papae XII relatam, Summus Pontifex, benigne excipiens, adprobare ratamque habere dignatus est, praesensque ad rem Decretum fieri iussit.

Datum ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide, die 1 Decembris anno Iubilaei 1950.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*

L. ✠ S.

† Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

ANDEGAVEN.

CANONIZATIONIS B. IOANNAE DELANOUE, CONGREGATIONIS S. ANNAE A PROVIDENTIA FUNDATRICIS.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Reassumptionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Eodem die 11 Novembris mensis a. D. 1947, quo sollemnis Beatificatio Venerabilis Ioannae Delanoue in Patriarchali Basilica Vaticana fuit celebrata, sanatio quaedam evenit, quae divino miraculo videtur tribuenda. Alias quoque gratias, ea intercedente Deus patrat, quasi ostendens ampliori gloria se velle honestare suam Famulam, quae profundissima humilitate, caritate, erga Deum ferventissima, erga proximum effusissima, claruit, atque victu cultuque asperrimo et horrido suum corpusculum adeo cruciavit, ut mirarentur aequales, quomodo vitam servare potuisset.

Quapropter duo S. R. E. Cardinales, duo Archiepiscopi, plures Episcopi aliique enixe Summum Pontificem sunt adprecati ut Canonizationis causa huius Beatae resumatur.

Quibus precibus Rmus P. Christophorus Berutti, Ordinis Praedicatorum, causae huius Postulator, Beatissimo Patri suas humiliter adiecit.

In Ordinaria itaque Congregatione, die 19 Decembris mensis Sacri anni nuper elapsi habita, subscriptus Cardinalis Causae Ponens seu Relator dubium proposuit discutiendum : *An signanda sit commissio reassumptionis causae praedictae Beatae in casu et ad effectum de quo agitur,* de eaque retulit. Emi ac Rmi Cardinales unanimi suffragio rescripserunt : *Signandam esse commissionem si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem a R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Generali Promotore, subsignata die, Beatissimo Patri relatione, Sanctitas Sua, rescriptum

Eminentissimorum Patrum ratum habens, Sua manu *commissionem reassumptionis causae B. Ioannae Delanoue* dignata est subsignare.

Datum Romae, die 7 Ianuarii, Dominica infra Octavam Epiphaniae Domini, a. 1951.

✠ C. Card. MICARA, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

II

BRIXIEN.

CANONIZATIONIS B. MARIAE CRUCIFIXAE DI ROSA, VIRGINIS, FUNDATRICIS INSTITUTI ANCILLARUM A CARITATE.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Reassumptionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Ad refellendas impiorum calumnias, qui Ecclesiam acerrime impetunt, quasi ipsi non sit cordi pauperes, miseros egentesque adiuvare, fovere, condicione tenues elevare eisque opem ferre, aegris curam praestare, uno verbo proximorum necessitatibus omne genus succurrere, plurimum confert illorum vitam eis obicere, qui divini Redemptoris exempla doctrinamque secuti, totos se in eorum bonum impenderunt, pro eisdem vitam suam fundere paratos. Huiusmodi sunt plurimi quidem christifideles, sed praecipue ii, quos Ecclesia catholica in Sanctorum aut Beatorum albo ascribit. Porro B. Maria Crucifixa Di Rosa inter hos non mediocrem locum occupat. Ipsa enim totam se impendit in proximorum bonum uti evidenter constat ex ingenti operum mole cui per se suasque Filias manus apposuit. Valetudinaria, gerontocomia, pro auribus, oculis et mente captis hospitia ludosque constituit; carcere detentorum curae, parochialibus operibus, rudium catechizationi operam dare sibi atque Instituto a se condito proposuit perficienda, quae omnia, non parvis fortiter superatis difficultatibus, ad felicem perduxit exitum, heroicas exercendo virtutes a Deo per miracula confirmatas. Eapropter die 26 Maii a. D. 1940 Beatorum gloria est honestata.

Nec satis. Plures modo feruntur gratiae post Beatificationem, ea intercedente, a fidelibus obtentae. Quare plures Archiepiscopi et Episcopi, nec non Superiorissa Generalis Instituti , a Beata fundati, humi-

les Summo Pontifici porrexerunt preces ut canonizationis causa resumeretur.

Instante itaque Rmo P. Augustino a Virgine ex Ordine Ssmae Trinitatis Redemptionis captivorum, Postulatore legitime constituto, subscriptus Cardinalis causae quoque Ponens, in Ordinaria Congregatione die 19 Decembris elapsi anni, dubium posuit disceptandum: *An signanda sit commissio reassumptionis causae praedictae Beatae, in casu et ad effectum de quo agitur,* de eaque retulit.

Emi ac Rmi Cardinales unanimiter in affirmativam sententiam concedentes, rescripserunt: *Signandam esse commissionem si Ssmo placuerit.*

Facta autem a R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, relatione subsignato die Summo Pontifici, Sanctitas Sua, rescriptum Eminentissimorum Patrum ratum habens, Sua manu *commissionem reassumptionis causae B. Mariae Crucifixae Di Rosa* dignata est subsignare.

Datum Romae, die 7 Ianuarii a. D. 1951.

✠ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

III

MEDIOLANEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI LUDOVICI NECCHI VILLA, VIRI LAICI E TERTIO ORDINE S. FRANCISCI.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Non sine divino instinctu pauperum Patriarcha, S. Franciscus Assisiensis, quomodo christianorum mores pluribus de causis in deterius dilabentes, instaurare in Christo possent, meditans, Tertium Ordinem condidit: « Qui, ut Leo XIII docet, natus aptus est multitudini: et quantum possit ad mores iustos, integros, religiosos, superiorum temporum monumenta et res ipsa declarat » (Enc. *Misericors,* 30 Maii 1883).

Huius enim Ordinis Sodales in sua quisque familiari condicione permanentes, divina atque Ecclesiae praecepta se servaturos profitentur (cfr. Leonem XIII, Enc. *Auspicato,* 17 Septembris 1882).

Quoniam autem divina lex ad perfectionem homines adducit, qui huius Ordinis regulas ad amussim servat ad christianarum virtutum vel heroicarum exercitium plane pervenit.

Mirabile nobis exemplum Dei Servus Ludovicus Necchi exhibet, qui Tertii huius Ordinis regulam professus in saeculo vivens, medicam artem exercuit, optimus paterfamilias fuit atque corpus infirmorum curando, in eorum animum divina praecepta inserere studebat, uti ex eius vita, quam modo delibabimus, apparet.

Dei Famulus Mediolani die 19 Novembris anno 1876 primam lucem aspexit, dieque 27 mensis eiusdem baptizatus est. Christianae fidei rudimenta, quae a parentibus haurire non poterat, a duabus materteris, piissimis feminis, accepit; a nonnullis autem Societatis Iesu sodalibus religionem abunde fuit edoctus, adeo ut theologicam doctrinam calleret, immo aptus fuerit ad eam fortiter solideque defendendam adversus quoque ludimagistros atque studiorum universitatis professores. Praestanti ingenio praeditus, facile condiscipulos superavit eosque omni qua poterat ratione humanitate ac prudentia adiuvabat, eosque verbo et exemplo ad bonum efficaciter alliciebat, praesertim ad suscipienda sacramenta; quare factum est ut eorum plures aut in recta via servaret aut ad hanc reduceret. Factus vir salutari hoc ministerio praecipue in infirmorum cura efficacissime est functus. Doctor enim in medicinae arte anno 1902 renuntiatus, atque ad militare servitium accitus, maxima diligentia ac studio infirmorum curam habuit, non dedignans vel humillima infirmis exhibere officia piisque exhortationibus eos ad patienter morbos sustinendos permovit. Nervis laborantium angores miseratus, eorum curationi speciali studio infractaque patientia se addixit, ut in eorum animos quietem atque tranquillitatem insereret; pluresque eius opera perfecte sanati sunt.

Filios, quos ex matrimonio suscepit, veluti thesauros a Deo sibi commissos, diligentissime educavit atque cetera coniugalia officia sancte servavit. Catholicae Studiorum Universitatis Mediolanensis confundator fuit eiusque consilio, prudentia ac firmissima in Deum fiducia, eam constabiliri efficaciter adlaboravit.

A Venerabili Pio Papa X « Unionis Popularis » inter catholicos Praeses fuit renuntiatus; aliis quoque muniis functus est ut in commune bonum operam suam conferret, sub omnimoda semper Ecclesiae Praesulum obedientia. Diro morbo correptus, die 10 Ianuarii a. 1930, Mediolani pientissime obiit.

Sanctitatis fama, qua vivens fruebatur, vehementius erupit, unde factum est ut Universitatis Catholicae opera in Mediolanensi Curia, Or-

dinaria auctoritate, canonicae inquisitiones ab anno 1934 ad annum 1942 super scriptis, sanctitatis fama atque prohibito cultu non praestito peractae sint; quibus addendi sunt Rogatoriales processiculi in Curiis Comen., Vicentin., Utinen., Ianuen., Turritan. et Berolinen. adornati.

Plures interim Postulatoriae litterae Summo Pontifici oblatae sunt a quatuor Cardinalibus, octoginta octo Archiepiscopis et Episcopis aliisque.

Servatis itaque de iure servandis, Rmo P. Fortunato Scipioni, causae Postulatore, instante, Emus ac Rmus Cardinalis Benedictus Aloisi Masella, Episcopus Praenestinus, causae Ponens seu Relator, die 19 Decembris proxime elapsi anni sacri in Ordinario sacrae huius Congregationis coetu dubium proposuit disceptandum: *An signanda sit commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum, de quo agitur,* de eaque retulit. Emi ac Rmi Cardinales, auditis quoque Officialium Praelatorum suffragiis, praesertim vero voce et scripto R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, omnibus mature perpensis rescribendum censuere: *Signandam esse commissionem, si Ssmo placuerit.*

Facta itaque ab eodem Promotore, subsignato die, Ssmo D. N. Pio Papae XII relatione, Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *commissionem Introductionis causae Servi Dei Ludovici Necchi Villa* Sua manu dignata est signare.

Datum Romae, die 7 Ianuarii a. D. 1951, Dominica infra Octavam Epiphaniae Domini.

✠ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

IV

ROMANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI PII PAPAE X.

SUPER DUBIO

An stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, Tuto *procedi possit ad sollemnem eiusdem Venerabilis Servi Dei Beatificationem.*

« Laetare Ecclesia Christi et conventum facite omnes, qui diligitis « eam : gaudete cum laetitia... ut exsultetis et satiemini ab uberibus con- « solationis vestrae » (Introit. M. Dom. IV. Quadr.).

Gaude, christiane populc; dies enim appropiat quo Pius Papa X beatorum gloria honestabitur tuumque ardentissimum votum explebitur, praemio affici videns eius virtutes, quas iure merito es admiratus. Boni enim Pastoris imago et lineamenta alte in omnium insculpta sunt cogitatione et corde.

Quaenam enim in illo innocentia morum, quaenam in loquendo suavitas et humanitas, quaenam in subeundis pro Christi regno laboribus nunquam non alacris, constans, serena industria, quaenam animi fortitudo in fide illimi servanda ac tutanda!

Attamen quod in eo in primis adversarii quoque sunt demirati, christiana est humilitas. Virtus haec eius sanctitatis famam totum per orbem aluit, eiusque sepulcrum reddidit gloriosum, gloriosiusque in proximo redditura.

Etenim post eius obitum, qui die 20 Augusti mensis a. 1914 contigit, mature ordinaria auctoritate inquisitionibus peractis, cum nihil, scriptis perpensis, obstaret, beatificationis causa a. 1943 fuit introducta. Apostolicis processibus absolutis, servatisque de iure servandis, Summo Pontifice mandante, per Sacrae huius Congregationis decreta die 3 Septembris a. 1950 heroicae virtutes fuere recognitae, die 11 mox elapsi mensis due miracula eius interventu a Deo fuisse patrata declaratum est.

Verum ut ad ulteriora posset procedi, canonicum ius exigit ut Summus Pontifex in generali Congregatione, audita Patrum Cardinalium, Officialium Praelatorum, omniumque Consultorum sententia omnia servata fuisse ad normam legum, Tuto ad sollemnem beatificationem posse procedi decernat. Quapropter die 20 Februarii in huiusmodi Congregatione, infrascriptus Cardinalis S. R. C. Pro-Praefectus, causaeque Ponens, dubium proposuit discutiendum: *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum,* Tuto *procedi possit ad sollemnem eiusdem Venerabilis Servi Dei Beatificationem.*

Quotquot aderant Rmi Cardinales ceterique unanimi affirmativo suffragio responderunt. Beatissimus vero Pater, uti mos est, adstantium preces petiit ut a montibus aeternis Ei opifera lux splenderet, ut quod inceptum est, iuste, recte, salutariter perficeretur.

Denique diem Dominicam hanc *Laetare* selegit ut supremam sententiam proferret. Quapropter infrascriptum Cardinalem, R. P. Salvatorem Natucci, Fidei generalem Promotorem meque Secretarium accivit, ac, sacrosancto eucharistico sacrificio sancte litato, edixit: Tuto *procedi posse ad Venerabilis Pii Papae X sollemnem Beatificationem.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri, in acta S. R. C. referri, Apo-

stolicasque Litteras sub anulo Piscatoris de Beatificationis sollemniis in Vaticana Basilica quandocumque celebrandis expediri mandavit.

Datum Romae, die 4 Martii, Dominica quarta Quadragesimae, anno D. 1951.

✠ C. Card. MICARA, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

V

CORISOPITEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI IULIANI MAUNOIR, SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, Tuto *procedi possit ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Beatificationem.*

Ad Patrem mox reversurus Christus Dominus Apostolis suis eorumque successoribus: *Euntes,* mandavit, *in mundum universum, praedicate evangelium omni creaturae* (Mc., 16, 15). Hoc mandato eos sui ministerii in animarum salutem sibi substituit: in exemplum autem se exhibuit, dicens: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde* (Lc., 4, 18). Huic normae Venerabilis Iulianus Maunoir ad amussim se accommodavit, totum se impendens et superimpendens in evangelizandis per ultra quadraginta annos Minoris Britanniae populis, eisque ad christianam perfectionem adducendis.

Quo in ministerio exercendo tantam apud aequales vitae sanctitatis existimationem sibi comparavit, ut, post pretiosam eius mortem, quae a. 1683 contigit, ordinaria auctoritate a. 1714 canonicae inquisitiones factae sint, post quas causa a. 1875 apud Sacram hanc Congregationem auctoritate Pii IX fel. rec. fuit introducta. Apostolico processu confecto servatisque de iure servandis, die 6 Martii a. 1949 heroicae eius virtutes, die autem 11 Februarii nuper elapsi, duo miracula, Apostolica auctoritate fuere recognita.

Hisce praeiactis, ut ad Beatificationem procedi possit omnino requiritur a iure, ut sacra Congregatio, coram Summo Pontifice coacta, perpen-

dat utrum omnia, quae sacri canones praescribunt, plene sint servata: quod die 20 Februarii actum est, dubium proponente Rmo Cardinali Alexandro Verde, Causae Ponente: *An, stante approbatione virtutum ac duorum miraculorum,* Tuto *procedi possit ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Beatificationem.* Rmi Cardinales, Officiales Praelati, Patresque Consultores in affirmativum suffragium concorditer consenserunt. Beatissimus vero Pater, rem coram Domino perpendere volens, supremum iudicium edere cunctatus est, adstantes monens ut preces Secum ingeminarent.

Hanc autem Dominicam quartam Quadragesimae selegit ut Suam aperiret mentem; quapropter Rmos Cardinales Alexandrum Verde, Causae Ponentem, atque infrascriptum S. R. C. Pro-Praefectum, R. P. Salvatorem Natucci Fidei Promotorem generalem meque Secretarium ad Se advocavit; divinisque mysteriis sancte peractis, edixit: Tuto *procedi posse ad sollemnem Venerabilis Iuliani Maunoir Beatificationem.*

Hoc autem decretum rite promulgari ac in acta Sacrae Rituum Congregationis Litterasque Apostolicas sub anulo Piscatoris de Beatificationis sollemniis, in Basilica Vaticana quandocumque celebrandis, expediri mandavit.

Datum Romae, 4 Martii, Dominica *Laetare* a. D. 1951.

✠ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

VI

LUCERIN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI FRANCISCI ANTONII FASANI, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS FRATRUM MINORUM CONVENTUALIUM.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

« Quilibet religiosus, Seraphicus Doctor scribit, sex virtutibus, quae « sex alis Seraphim mystice designantur, debet adornari et in superna « sublevari, ut sit fervens in iustitia, compatiens proximis propter Deum, « patiens in adversis, bono exemplo alios aedificans, circumspectus in « omnibus et super omnia Deo per orationis studium familiariter adhae-

« rens » (De sex alis Ser. VII, n. 15). Verba haec Venerabili Francisco Antonio Fasani, Ordinis Minorum Conventualium decori, plene conveniunt. Venerabilis enim, Seraphici Patriarchae imitator eximius, his virtutibus perfecte praeditum se exhibuit, ut per Sacrae huius Congregationis decretum, Summo Pontifice Leone XIII mandante, sollemniter die 21 Iunii anno 1891 recognitum est. Divina quoque superadditur Voluntas, quae per miracula, actionem Ecclesiae Servum Dei gloria honestare cupientis, approbare pronum est conicere.

Etenim ex pluribus gratiis seu miraculis, quae, Servi Dei interventione, a fidelibus recepta feruntur, duae mirae sanationes ab actoribus Sacrae huic Congregationi, uti vera miracula, exhibitae sunt, quae nunc hic referuntur.

I. Franciscus Tozzi, sub Iulii mensis finem a. 1944 medentium, peritorum ex officio, nostrique medici Collegii iudicio, gravissima septicohaemia chirurgica ex praegresso favo ad dorsi latus sinistrum fuit attactus.

Ad Lucerinum nosocomium translatus chirurgicam actionem subiit: post quam morbus aliquantulum de sua acerbitate remisit quidem, sed die 2 Augusti adeo vehementer saeviit, ut die 6 mensis, postmeridianis horis, medentium atque aegrorum ministrarum iudicio, Franciscus in mortale coma incidisset morsque immineret. Verum infirmus, qui vel a morbi initio Venerabilis patrocinium interposuerat, die 7, nocturnis adhuc horis, novam vitam in se refluere sensit perfecteque a septicohaemia sanatus est, omnibus letalibus symptomatis cessatis. Sanatio haec perseveravit.

Hanc autem praeter naturae vires evenisse cum medentes, tum Periti ex officio, medicumque Nostrae Congregationis collegium edicunt.

II. Valentinus Boccuzzi octo annos natus dum in agro prope « San Mango sul Calore » non longe ab Abellino, die 10 Decembris a. 1943, versatur, Germani militis manuballistae glande fuit vulneratus. Glans gluteum musculum, descendens colon iliacumque os perforavit. Gravis fistula efformata est cum ossis necrosi, cuius sanatio sine chirurgici ferri actione impossibilis edicta est; haec autem actio locum non habuit. Pueri condiciones in peius ruebant, eumque ad mortis limen adduxerant. Verum quod homines periti chirurgico ferro tentare non sunt ausi, Dei omnipotentia, Venerabili Fasani fervide invocato interveniente, primis Februarii mensis diebus a. 1945, perfecit, quando fistulae causa in instanti contra naturae leges cessaverat. Puer abhinc optima valetudine fruitus est nullumque in eius corpore perlati vulneris indicium a peritis physicis inventum est.

Super utraque mira sanatione in Lucerina Curia constructi sunt Apostolici processus, de quorum iuridica vi constat ex decreto sub die 6 Fe-

bruarii a. 1949 lato. Die vero 1 Augusti eiusdem anni Medicum nostrae Congregationis Collegium de his disceptavit. Die 7 Februarii elapsi anni Praeparatoria congregatio habita est; Generalis vero coram Ssmo D. N. Pio Papa XII die 20 Februarii huius anni, in qua Rmus Cardinalis Alexander Verde, causae Ponens, dubium posuit discutiendum: *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Rmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores suum quisque tulerunt suffragium. Beatissimus vero Pater, his suffragiis auditis, Suam sententiam, uti mos est, aliquantisper ferre cunctatus est, ut in re tam gravi Suis adstantiumque precibus imploraret consilium.

Hanc vero selegit Dominicam quartam Quadragesimae ut Suam panderet mentem.

Quocirca Rmos Cardinales Alexandrum Verde atque infrascriptum, S. R. C. Pro-Praefectum, nec non R. P. Salvatorem Natucci, Fidei generalem Promotorem meque Secretarium ad Se advocavit, divinoque sacro pie celebrato, edixit: *Constare de instantanea perfectaque sanatione cum Francisci Tozzi a letali septicohaemia chirurgica ex praegresso favo ad dorsi sinistrum latus, tum pueri Valentini Boccuzzi a fistula etiam ossis in iliaca sinistra regione.*

Hoc autem decretum promulgari et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 4 Martii, Dominica quarta Quadragesimae, anno D. 1951.

✠ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

VII

TUNQUINEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII VENERABILIUM SERVORUM DEI IOSEPHI MARIAE DIAZ SANJURJO O. P., EPISCOPI PLATAEARUM ET VICARII AP. TUNQUINI CENTR., MELCHIORIS GARCIA SAMPEDRO, O. P., EP. TRICOMIEN., EIUSDEM IN VICARIATU SUCCESSORIS ET SOCIORUM IN ODIUM FIDEI INTEREMPTORUM.

SUPER DUBIO

